

1547. & 14. Junij

147

39

Sigismundus Dei gratia rex Polonia, supremus
dux Lithvanie, Russia, Prussia, Masovia etc.
dominus et heres. Magnifice sinare nobis dilate.
Perlatum est ad nos, cesarem Turcarum misisse
se Sendryacum Silistiensem cum quindecim
millibus equitum, ac ingenti numero operario-
rum rusticorum, quos ea tribus millibus vit-
larum cauitasse dicitur, qui aram Baladyey
reficerent, mandasse quoque palatino Valachia
ut mille quadringentos currus ad subvehenda
saxa, robora, et aliam eius generis materiam
mitteret. Thartaros vero paratos esse iussisse,
ut subsidio sint illi, si quis impetus in eum
fieret. Ab altera quid illustres principes domi-
ni Pomeranie et Prussia duces, et quid con-
siliarii terrarum nostrarum Prussia metuant,
ea cartha hac, quam inclusam presentibus sin-
ceritati tue mittimus, cognoscat, ut facile intel-
ligere possit, in quibus regnum et dominia no-
stra versentur periculis, que, qua ratione aver-
tamus in tam perturbatis rebus non invenimus.
Ita enim discussum est ea comitiis proximis, ut
curam rei publicae abiicisse omnes videantur.
Nos in Deo solo spem omnem nostram collo-
camus. Sinceritatem porro tuam hortamur, ut
pro ea quam nobis et rei publicae debet fide, con-
siliam

~

consilium nobis suggerat, quo tantis periculis
regno impendentibus occurri queat. Hoc ut ma-
ture faciat cupimus, factura est pro officio et
gratia nostra. Ex Lobzow die decima quar-
ta Junij, anno domini millesimo quingeni-
tesimo quadragesimo septimo, regni quadrage-
simo primo.

Ad mandatum sacre ve-
gie maiestatis proprium